vel vna res realis ad aliam rem rõnis vt animal ad genus, vel duas res rationis adinuicem, vt genus ad ſpeciem, vel res ſub vno modo ſignificãdi, ad aliam ſub alio: vt album ad albedinem, vel alia & alia res, ſub alio & alio modo ſignificandi, diſtinguuntur præſenti diſtinctione: quia vt dixi, important cõtradictionem ſed contra animal & genus diſtinguuntur realiter: ergo non ratione, pbatur antecedens, quia animal ſecluſo opere intellectus collatiuo eſt ens reale. Dico ꝙ verum eſt pciſe ac ſolitarie conſideratũ: ſed in ppoſitione conſideratũ in ordine ad genus habet eſſe cognitum & cõparatum quia termini intentionales nõ applicantur rebus niſi res actualr intelligantur ab intellectu per pprias ſpẽs intelligibiles vt inqt Sco. 18. q. vniuerſalium: & .34. & 35. q. eiuſdem, & ſic diſtinguitur rõne, & licet dixerim ꝙ inter duo entia rõnis
tex. 6. q. eſt diſtinctio præſens iuxta auctoris mentem, tamen
quol. ar. ad mentẽ Sco. 6. q. quolib. art. 2, Dico alr. ſ. ꝙ tot diſti
2. ctiones reperiuntur inter entia rõis ꝙ inter entia realia & etiam tot idẽptitates. Et ſi bene cõſiderabis reperies hoc eſſe verũ. Et declaro, nam ſic dicendo hõ eſt hõ eſt diſtinctio rõnis: ita ẽt dicendo ſpẽs eſt ſpẽs, & ſicut inter animal & ſuã diffinitionẽ eſt diſtinctio ex natura rei, ita inter genus & ſuam diffinitionem. Et ſicut inter hoiem & aſinum eſt diſtictio realis. Ita inter genus & ſpẽm, & ſic de aliis diſtinctionibus. Et qñ dico ꝙ inter duos terminos ſecundæ intentionis eſt diſtinctio realis non dico realis ſumpta a re reali ſed realis ad illũ ſenſum ꝙ tanta eſt q̃ta eſſet ſi eſſe inter duo entia realia, quũ ſucceſſiue inqt Auctor, & accipio diſtinctionem rationis &c. Nam datur rõ ra-

tiocinans, quæ eſt ipſe intellectus: Et ratio ratiocinabilis. i. intelligibilis ac cõparabilis a potentia rõcinante, pñs diſtinctio non cauſatur a re ratiocinabili ſed a potentia rõcinante, quã Thomiſtæ vocant diſtinctionem rõnis, quæ eſt a natura rõcinabili, q̃uũ poſtea inquit. Ergo eſſentia diuina &c. ſupple tu imo pluſquã rõne ratiocinante, quia ẽt diſtinguntur rõne ratiocinabili. i. diſtingũtur diſtinctione ex natura rei: quum ſucceſſiue in confirmatione primi argumẽti, ꝓbatur q̃ intellꝰs intelligendo extrema adinuicem cõparata eſſe diſtincta niſi ſint diſtincta ex parte rei eſt falſus. Dico q̃ intellꝰs vel fertur circa ſimpliciter ſimplicia. i. irreſolubilia, vt eſt ens & eius paſſiones vltimæq; differentiæ, vel intelligit reſolubilia. Si primo dico q̃ intellectus nunq̃ poteſt eſſe falſus: quia talis res, aut totalr ſcitur aut totaliter ignoratur: vt declaratum ẽ ſupra. Si ſecundo mõ dico q̃ poteſt eẽ falſus, & hoc qñ intellectus intelligit rem cõpoſitam, alr q̃ ſit intelligibilis, vtputa ſi intelligeret hominem, vt rem opinatam, qa homo eſt res rata, non aũt opinata. Similiter qñ intelligit ſub modo ſibi repugnante, vtputa ſi intelligeret ignem ſub rõne frigiditatis vel intelligendo albedinem ſignificatam inconcreto eſſe ſignificatam in abſtracto. Si aũt intelligit rem alr q̃ ſit ſecundum rei veritatem, vtputa ſecundum rei veritatẽ homo eſt aĩal. Poteſt. n. intellꝰs, intelligere humanitatẽ intellectione ꝑciſiua & incomplexa non intelligẽdo animalitatem eius intellectione diuiſiua. i. non diuidendo vnum ab alio. Et tamen non ſeqtur q̃ falſe intelligat. Et ſi dicatur q̃ intellectus eſt verorũ ſecundũ Ariſt. Dico q̃ Ariſt. intelligit de noticia primorũ prin

cipiorum, vt inquit Sco.35.q.vniuerſalium, quæ noti
cia ꝓprie dicitur habitus intellectus: non autẽ demõ
ſtrationis: poſſet etiã dici ꝙ habet veritatem de ſim-
pliciter ſimplicibus intellectis intellectione preciſiua
Ariſto. 2. ac incomplexa, quia talium non eſt mendacium ſecũ
phi.t.18. dum Ariſto.2.phi.tex.18. De intellectis autem cõpo
Sc.14.di. ſitis intellectione diuiſiua complexa, vt intelligendo
tertii. hominem non eſſe ſubſtantiam vel non eſſe corpo-
reum, & ſic de aliis ſimilibus non eſt verũ. Sed intel-
lectus talium eſt falſorũ, & reſpectu talium eſt mẽda-
Aog.83. cium, vt inquit Sco.14.diſt.3. reſpondendo ad argu-
q. menta primæ q̃ſtionis. Exponẽdo auctoritatem Au-
gu.83.q.quol.32. vbi inqt Aug. Quiſquis aliquã rem
aliter q̃ eſt intelligit fallitur. Super quã fundãt aduer-
ſarii ṗdictam rationem de falſitate intellectus. Ad ꝓ
poſitum modo quum intellectus non intelligat di-
ſtincta ratione: aliter q̃ ſint intelligibilia, nec ſub mo
do repugnanti ſuæ naturæ, ſequitur ꝙ non falſe in-
telligat. Et ſic patet quantum ad hoc.

Circa articulũ de idẽptitate & diſtinctione ex na
Ariſto.5. tura rei non ſine cauſa inquit auctor, quantũ ad
&.6. præſens ſufficit. quia ſecundum Ariſt.5.metha. &.6.
ens & res multis modis accipiuntur. & quum inqt ex
tra nihil ſupple tu.i. quod non eſt omnino nihil qđ
habet vel ſaltem habere poteſt eſſe extra intellectũ.
Et iſto modo accipitur ens cõiſſime ſecundum Sco.3.
q.quol. Et de iſto loqtur Aui.primo meth.c.5. vbi in
quit ꝙ ens & res ſunt cõmunia omnibus decem gene
ribus, quod non eſt intelligendum ſolum quo ad vo
cem, ſed quo ad cõceptum, quũ dicit. Alio modo ma
gis ſtricte ſupple tu.i.cõiter.ſ. vt diſtinguitur cõtra mo

dum ſeu circũſtantiam rei:de quo Boe.in lib.de tri-
ni.vbi vocat circunſtantias entis ipſas habitudines. Boe.lib. de trini.
Circunſtãtiæ.n.ſunt modi entium & tales nullo mõ
poſſunt dici entia:ſed bene aliqd entis. Primo ergo
modo accipiendo ens iuxta mentem auctoris dĩ ens
improprie.Secundo aũt mõ dĩ ꝓprie, & quũ ſucceſſi-
ue dicit vt dictũ eſt ſupple tu:videlicet ſuperius in.1.
art.declarando qd ſit ens trãſcendẽter captũ. Illud ẽ
ens qdditatiue qd formalr includit in ſe ens, & vni-
uoce ens de eo ꝑdicatur ſcdm Ariſto.3.meth.tex.20. Ariſ.20.
Cuiuſmodi ſunt oĩa entia in recta linea ꝑdicamẽtali
& talia dñr qdditatiua ꝓprie. Collateralia autem di
cuntur qdditatiua improprie,quia talia includũt ens
realr ac idẽptice,non aũt formalr,ob quã rem ens de
ipſis non ꝑdicatur vniuoce ſed denominatiue,& per
conſequens incluſum eſt extra ratiõem formalem eo
rum ſecundum Ariſt.quia nõ ſunt entia licet ſint ali
quid entis.Et quia deus & creatura:abſolutum & re-
ſpectiuum ſunt entia quidditatiua, vltra ea q̃ ponũ-
tur in recta linea,iõ ens vniuoce,de prædictis ꝑdica Sco.3.di 1.q.3
tur & ẽt de materia & de forma, vt inqnit Sco.in 3.
diſt.primi.q.3.Et hoc verum eſt accipiendo materiã,
vt eſt compoſita ex realitate actuali & potentiali.ſ.
vt eſt ens in potentia.Non autem accipiendo eã vt
nuda ab omni formã,& vt eſt pura potentia.Simili-
ter accipiendo formam, vt eſt compoſita ex genere
& differentia.ſ.vt eſt ens in actu.Non autem accipiẽ
do eam vt forma ſimplex, vt inquit Sco.12.di.ſecundi Sco.12. diſt.2.
q.1.Quum inquit auctor quãdo aliquid competit ali
cui ex natura rei &c.Hoc patet de albedie cui ex na-
tura rei competit diſgregare viſum,quod nõ cõpetit

nigredini:quum inqt inter eſſentiā & modū intrinſecum. Nota ꝙ modi intrinſeci ipſius eſſentie ſunt illi infinitas intenſiua, neceſſitas, æternitas, qui ſunt nō idem cum eſſentia.ſ.formalr poſitiue, quod patet qa illud eſt idem formalr poſitiue quod eſt de eius eſſentia. Quum aūt modus intrinſecus, ideo dicatur modus, quia non ingreditur qdditatem illius. Cuius eſt modus:ſequitur ꝙ non eſt idem formalr poſitiue, eſt idē bene cum ea formalr negatiue, quia non hēt diſtinctam formalitatem ab eſſentia:ex quo ſequitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit idem formalr poſitiue alicui requiruntur duo.ſ.ꝙ ſit de eius eſſentia, & ꝙ habeat diſtinctam formalitatem ab eo, cuius eſt ſic idē. Quū autem modus intrinſecus non habeat pdicta, ſeqtur ꝙ cum eēntia eſt non idē formaliter poſitiue, & per conſequens, modi ab ipſa eſſentia diſtinguuntur formaliter poſitiue licet non diſtinguātur formaliter negatiue. Dices hoc eſt impoſſibile, qa implicat contradictionem.ſ.diſtinctum, non diſtinctum.idē non idē. Dico ꝙ eſſet verum quando eſſet ad idem & ſecundum idem reſpectu vnius & eiuſdem. Cuiuſmodi nō eſt in propoſito. Quum poſtea dicit inter notiones, nota ꝙ notio dicitur a noſco noſcis. Notiones autē ſunt relationes notificantes nobis perſonas diuinas, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua: qua cognoſcimus ſpiritum.ſ.Similiter dicere notificat nobis primam perſonam, quia ſolus pater dicit, vt inquit Auguſtinus ſpirare actiue innoteſcit apud nos patrem & filium, ſpirari autem manifeſtat ſpiritum ſanctum. Quum inquit ꝙ omnis eſſentia eſt quidditas, nō autem econuerſo. In diuinis verum dicit, quia multipli

Auuſtinus

cato vno ſi eſſent idē cōuertibiliter multiplicaretur & reliquum, & per cōſequens nō poſſent qdditates multiplicari niſi multiplicarentur eſſentię. Et quū in deo ſint plures quidditates. ſ. entitas, ſuba, ſpūs, bonitas, & ſic de aliis attributis. Tunc eſſent multæ eſſentiæ, quod eſt hæreticum dicere, quia eſt tm̄ vna eſſentia ſumpta ab eſſe, licet ſint plures, ſumptę ab eſſentiali ſicut ſunt plura eſſentialia. Similiter oīs quidditas eſt formalitas, ſed non econuerſo, & hoc capiēdo iſta ſtrictæ & proprie, quia large coincidūt, ꝙ autem omnis formalitas, nō ſit quidditas, patet quia de differentiis vltimis quæ ſunt formalitates, quum ſint cōceptibiles ab intellectu ſeorſum, & tn̄ non ſunt qdditates, & hoc quantum ad modum ꝑdicandi, quia ꝑdicantur in quale, & ꝑ modum actus. Non autē in quid & ꝑ modum potentiæ. Quum deinde dicit vt ſunt reſpectus ſupple tu vt ſunt ſpēs ꝑdicamētorum reſpectiuoꝝ, quæ non ſunt naturæ quia non mouent intellectum, nec per cō ſequens cauſant notitiam ſui, quia non ſunt de genere actiuorum. Quum inquit ꝙ qualitas eſt natura. Aduerte ꝙ non intendit de qualitate accidentali ſed ſubali, de qua Ariſt. 5. meth. tex. 19. loquitur, quæ ſcd̄m ipſum in ꝑdicamentis nō eſt ſuba proprie dicta, ſed cōiter. Qui lateraliter ponitur in ꝑdicamēto ſubæ, quæ quum ſit principium ꝑ ſe motus & quietis in quo eſt pōt dici natura, tn̄ tūc eſſet cōtra Ariſt. 2. phiſ. tex. 3 vbi inquit ꝙ aliqd pro tāto dicitur natura pro quanto eſt principiū motus & quietis per ſe ideſt virtute propria. Non autem ꝑ accidens ideſt quando aliquid eſt cauſa motus merito alterius. Illud tale non poteſt dici natura. Circa

Ariſto. 5 metha.

Ariſto. 2 phiſ.

declarationē de formalitate, nota ꝙ a formali abſtrahitur forma a forma autem formalitas, & quum inquit, ꝙ eſt aliqd repertū in re ſupple aliqua non idēptitas in exiſtens rei a natura ſecluſo quocunq; opere intellectus, vt puta ſi nullus intellectus conſideraret hoīem nec ſuam reſibilitatem: adhuc inter prædicta. Ex natura rei eſſet aliqua formalis non idemptitas. Et aduerte ꝙ hic ſolum loquitur de formalitate reali & de rebus realibus habentibus eſſe extra intellectum. Non autem de formalitate rōnis: & de rebus intentionalibus habētibus eſſe per intellectum. Quum dicit ꝙ non oportet ſemper intellectū mouere. Aduerte ꝙ intellectus poſibilis quū ſit virtus paſſiua per Ariſt.3.de anima.tex.5.14.15.17.&.27.non operatur niſi moueatur ab obiecto, qa vnicuiq; paſſiuo correſpondet ſuum agens. Et hæc propoſitio ſolum habet veritatē de primo obiecto intellectus qđ eſt quidditas rei materialis, ſiue ſenſibilis. Modo ad ꝓpoſitum mouere itellectum nil aliud eſt niſi obm partialiter cōcurrere ad cauſandam notitiā ſui cōcurrit enim tanq̄ cauſa ſine qua non, ſicut mater in generatione prolis. Et hæc motio eſt pure ſpūalis. Qua obiectum ſpirituaľr mouet. Quum ſucceſſiue dicit dummodo poſſit terminare quod non eſt aliud ſecundum Sco. in theorematibus niſi ab intellectu intelligi. Quum inquit propter figmenta ſupple qbus ex parte rei nihil correſpondet licet partibus aliquid correſpondeat. Non tamen toti. Quum dicit, Dicitur ex natura rei propter relationes rationis ſupple inter quas ſi eſt aliqua formalitas ſeu diſtinctio non eſt ex natura rei. Sed per intellectum. Et quum dicit

Ariſto. 3 de aīa.

Scot. in theorematibus

ꝙ relationes non ſunt productiue alicuius formę, ſupple tu ideſt non ſunt productiue notitiam ſui quum non ſint de genere actiuorum, patet quia tãtum duo predicamenta ſunt de genere actiuorum. ſ. ſubſtãtia & qualitas. Reſpectiua autem non ſunt huiuſmodi. Quia formaliter non mouent licet fundamentaliter. Quum deinde dicit. Et iſto modo accipiendo formalitatem ſupple tu. ſ. communiter. Quum ſucceſſiue inquit & ſic formalitas eſt communis ad realitatem & quidditatem. Nota realitas eſt quidditas cõcepta vel conceptibilis cum modo contrahibilis per modos vt ens infinitum, vel ens finitum. Et breuiter nil aliud eſt: niſi perfectio realis ipſius entis quidditas vero eſt res concepta ſine modo vt ens. Eſt ergo formalitas communis ad realitatem ſupple obiectiuam conceptam cum modo & ad quidditatem conceptam in ſe. Et aduerte quando dicit, ꝙ modi intrinſeci ſunt formalitates, hoc eſt verum ſecundum aliquos ſcotiſtas, tenentes modos intrinſecos habere propriam realitatē, ac quidditatem, & ꝑ conſequens propriam conceptibilitatem ac formalitatē, quod non eſt verum ſecundum Scot. 8. diſtin. primi. Quia non habent aliam realitatem nec quidditatem ab illa cuius ſunt modi intrinſeci, & per conſequens formalitatem, & ſic patet eorum falſitas. Licet ergo formalitas ſit communis ad realitatem obiectiuam non tamen ad ſubiectiuam ideſt conſideratam in aliquo ſuppoſito exiſtente, nec eſt communis ad realitatem ſubiectiuam ſtrictæ ſumptam ſcilicet ad realitatem predicamentalem habentē omnino eſſe præter quancunqꝫ intellectus operationem. Sed ad rea-

Sco. 8. diſtin. ꝑmi

litatem large ſumptam.ſ.tranſcendentē. Primo er-
go modo accipiendo formalitatem includit etiā mo
dos.Secundo modo accepta excludit eos. Tertio mo
do nō ſolum excludit modos ſed ēt differētias tam
ſpecificas ꝙ indiuiduales, quia non pdicātur quiddi-
tatiue, quūm non pdicentur in qd. Et hoc verum eſt
quo ad modū predicādi, non aūt quo ad rem impor
tatam, quia vt ſic ſunt de quidditate loquēdo de ſpe
cificis. Quum poſtea inquit ꝙ realitas obiectiua & for
malitas ſunt colores quidditate, ſupple hoc patet qa
omnis quidditas eſt realitas obiua, ſed nō econuerſo
quia paſſiones ſunt realitates obiue non tñ quiddi-
tates. Quum poſtea dicit ꝙ quidditatiuū dicitur ſex
modis hanc diſtinctionē accepit a Io. cano. ſuper. 2.
Io.cano. phiſ.in.q.de vniuocatiōe quū inquit ſic ſe habet dif-
finitio & diffinitū, ſupple rū.ſ.accepta are ad extra.
Si aūt accipiantur formalr rōne diſtinguntur, ſi vero
pro vocibus vel p cōceptu realr diſtinguntur. Aduer
te quum loqtur auctor de toto & de partibus quod
totum logicum rōne diſtinguitur a ſuis partibus, qñ
aūt loqtur de cōſtituto, videtur eſſe cōtra Sco. in quo
Scot. in lib. q. 4. vbi vult contra. ſ. Tho. ꝙ inter conſtitutū &
quol.q.4 partes ſit ſola rōnis diſtinctio, quia dixit auctor ꝙ ad
mentem Scot. Totū phiſicum realiter diſtinguitur a
ſuis partibus. Hoc videtur eſſe contra Ariſto. primo
Ariſto.1. phiſ.tex.17. Dico ꝙ nō eſt contra Ariſt. Imo Ariſto.
phiſ.t.17 ibi potius intendit inferre diſtinctionē inter totum,
& partes ꝙ concludere idemptitatē inter ea vt patet
ex verbis ſuis ibi. Licet non exprimat qualiter diſtin
guātur, pro cuius deciſione, dico ꝙ totū non qdem
ſincathego.ſumptum, ſed cathego. vt tantum valet
ſicut

ſicut perfectũ cui nulla pars deeſt pertinens ad natu ram eius realiter diſtiguitur ab oĩbus partibus ſimul ſumptis, pp vnitatem quã habet ipm totum, quam non habet partes, & hæc eſt mens Scoti.3.diſt.3.di- centis aliter inter totũ per ſe, & totum aggregatione nulla eſſet differẽtia, quia totum aggregatione vt cu mulus lapidum eſt ſue partes, & p conſequẽs totum phiſicum realiter diſtinguitur vt dictum eſt, tñ excel lentiſſimus Mau.in quadã gloſula in margine poſita contra Stephani burlifer dicta, tenet totũ nõ ſolum phiſicum, ſed ẽt methaphiſicum eſſe idẽ realiter & formaliter ſuis partibus non tñ econuerſo. Tene mo do opinionem quæ tibi magis placet, quia non eſt ar ticulus fidei tñ opinio Scot.eſt magis conſona dictis Ariſto.q̃ Mauritii. ¶ Modo circa primam concluſio- nem huius articuli aduerte ꝙ multi hic decipiũtur putantes idẽptitatem ex natura rei eſſe idẽptitatem rõnis & male quia aliud eſt dicere hoc eſt idẽ ſibi ex natura rei, & aliud hæc idẽptitas eſt idẽptitas rõnis. Nam vt dixi ſupra declarãdo idẽptitatem rationis. Res ſimplex vt puta aĩal antequam intelligatur eſt ens reale. Et quia vnũquodqꝫ ens conſequitur ſua ꝓ- pria vnitas, ideo ſequitur ꝙ eſt vnum vnitate reali & per conſequens idem ſibi idemptitate reali, ſiue idemptitate ex natura rei iſta idemptitas non præ- ſupponit aliquem actum intellectus nec rectum nec comparatiuum. Quum autem dico hæc idemptitas eſt idemptitas rationis, talis idemptitas licet nõ præ ſupponat actum comparatiuum Bene tamen actum rectum: & ſic patet differentia quæ eſt inter ꝑdicta. Aduertendum tamen ꝙ idemptitas hæc eſt duplex

Sco.3.di ſti.tertii.

quarum vna eſt idēptitas ex natura rei præciſe q̄ eſt non diuerſitas alicuius qdditatis vel entitatis a ſe ip ſa ex natura rei abſolute accepta, de q̄ nullo mō duo cōtradictoria verificari poſſunt, & ſic hō ſecluſo quo cunqꝫ opere intellectus eſt idem ſibi idemptitate, ex natura rei p̄ciſe & iſta eſt oppoſita diſtinctiōi huius articuli de qua ſolum intelligitur hic. Alia eſt idēpti tas ex natura rei, ſed non p̄ciſe in qua extrema non ita conueniunt qn̄ etiam diſtinguantur diſtinctione ex natura rei impropria verbi gratia diffinitū vt pu ta hō & diffinitio vt puta animal rōnale conſiderata put conueniunt in conceptu ſubſtantiali, qa de illis pro quanto ſic cōueniunt non poſſunt verificari duo contradictoria: ſunt eadē idēptitate ex natura rei im propria: & quum iſta idēptitas non ſit oppoſita di- ſtinctioni huius articuli de illa non itelligitur hic & ſic patet differentia quæ eſt inter idemptitatē ex na- tura rei p̄ciſæ & non p̄ciſæ, quia prima non p̄ſuppo nit actum rectum: ſecūda aūt ſic duo ergo entia ſim- plicia vt puta lapis & lignū non intellecta nec cōpa rata vnūquodqꝫ erit ſibi idē idemptitate ex natura rei p̄ciſæ, quia lapis eſt ita lapis ꝙ non pōt dici ꝙ nō ſit lapis, & ita idē ſibi quod nullo modo a ſe diſtin- ctus, & ita dico de ligno, & p conſequens, quum nec ſuper vnū nec ſuper aliud poſſit fundari cōtradictio: ſeqtur ꝙ vnūquodqꝫ eſt idem ſibi vt dictū eſt ſupra.

CIrca ſecundam cōcluſionē aduertendū eſt ꝙ ēt diſtinctio hæc ē duplex vel dupl'r capitur: vno modo cōiter, & talis eſt cōis ad oēs ſequentes diſtin- cta de qua non eſt in ppoſito. Alio mō ſtricte de qua ponitur concluſio. Attn̄ aduertendū eſt ꝙ ēt hæc di-

ſtinctio eſt duplex.ſ. pciſa, & eſt illa qua diſtingũtur duo extrema, itaq nullo mõ in aliquo conueniunt, & ſic diffinitum & diffinitio ſecluſo quocunq ope re intellectus diſtinguitur. Alia eſt non præciſa, qua aliqua non ita diſtingũtur, quin etiã conueniant in aliquo & iſto modo homo & hic homo vt habent eſſe cognitum conſiderata prout conueniunt in ani mali ſunt eadem idemptitate ex natura rei impro pria quia vt ſic conueniunt duo contradictoria veri ficari non poſſunt. Cõſiderata vero prout homo eſt communicabilis, hic homo autem in cõmunicabilis diſtingũtur diſtictione ex natura rei non præciſa. & ſic patet differentia quæ eſt inter prædictas diſtin ctiones quia præciſa præcedit actum rectum, nõ præ ciſa autẽ ipſum præſupponit. Inſuper, præciſa eſt ita diſtinctio q nullo modo idemptitas. Non præciſa autem non eſt ita diſtinctio quin etiam idemptitas. De iſta diſtinctione ex natura rei præciſa loquutus ẽ Ariſto.7.metha.textu.41. quando dixit, q quid eſt, non eſt idem cum eo cuius eſt. Modo ſic non eſt idẽ. ergo aliqua diſtinctione diſtinguitur, ergo non niſi diſtinctione ex natura rei. Rurſus vltra conſeqũetia patet, qa quum non ſit inter rem & rem non põt eẽ realis vlterius quum non ſit inter duas formalitates non poteſt eſſe formalis. Rurſus cum diffinitio & diffinitum diſtinguantur ex propriis rationibus ſe cluſo ſimpliciter quocũq opere intellectus non põt eſſe diſtinctio rõnis. Relinqtur, ergo q diſtinctione ex natura rei pciſa diſtinguntur. Quod aũt ſic diſtin guãtur patet quia poſito hoíe & poſita eius diffõne ex natura extremorum inſurgit habitudo diuerſitatis

Ariſto.7. metha.

vnius ad alterū quæ eſt diſtinctio præſens, & ſic patet qualiter litera pdicta℞ concluſionum non poteſt ſic ſtare, vt iacet in textu, qa in prima licet auctor excludat actum cōparatiuum, nō tñ rectum. Qui tamē debetet excludi, quia aliter eſſet idemptitas rōnis & non ex natura rei. In ſecūda aūt ſi intelligatur, ſecluſo omni opere bene ſtat litera. Si vero intelligatur ſecluſo opere.ſ.recto non aūt cōparatiuo nō poteſt ſic ſtare quia actus cōparatiuus pſupponit actum rectū. Si aūt exponatur ſecluſo ope collatiuo nō aūt recto, nec ſic pōt ſtare qa tunc eēt diſtinctio ex natura rei nō pciſa: cuius oppoſitū cōcluſio affirmat. Dicēdum ergo ꝙ hæc diſtinctio non eſt mediāte aliquo actu. Sed poſitis extremis, neceſſario conſurgit ex natura extremo℞ ante oēm actum intelligendi. Et hęc opinio nón eſt mea, ſed excellentiſſimi Trombete circa finem huius articuli. Si dicas, hoc eſt impoſſibile dico ꝙ non, vt patet per verba Scot.3.diſtinc.ſecundi.q.

Sco.3.di 7.vbi inquit Commune eſt multiplicabile in ſua in

ſti.2.q.7. feriora præter intellectum.ergo non eſt impoſſibile.

¶ Circa declarationem de modo itrinſeco. Nota ꝙ modus intrinſecus eſt duplex pro nunc videlicet ſpecificus. Alius indiuidualis. Primus eſt eſſentia naturæ cōicabilis concepta: ſiue modo vt puta natura humana concepta: ſine finitate quia adhuc ſic concepta eſt vna perfectio, indiuidualis vero nil aliud eſt niſi gradus perfectionalis vt ſunt gradus albedinis, quia albedo vt quatuor eſt perfectior albedine vt tria. Gradus autem nil aliud eſt niſi perfectio quanta: diuiſibilis nec non per motum acquiſibilis. Primus eſt de quidditate. Secundus vero non. Et dicitur intrinſe-

tus:non quia ſit de qdditate illius cuius eſt modus, ſed pro quanto nõ habet aliam diffinitionem ab eo cuius eſt modus. Et aduerte ꝙ auctor in hac declaratione eſt diminutus iõ ſupplenda eſt litera ſic. Qui additus alteri non dicit aliam realitatẽ nec rationem formalem neqꝫ alium cõceptum ab eo cuius eſt modus. Quod autẽ neceſſarium ſit: ſic ſupplere literam patet, quia aliquis poſſet dicere. Data veritate huius ſequeretur ꝙ albedo addita ſuperficiei eſſet eius modus intrinſecus quum nõ variet rationem formalem eius. Soluitur p̃dicta inſtantia quia albedo dicit conceptum alium a ſupficie, variare in ꝓpoſito nil aliud eſt niſi actuare ſeu perficere ratione formalem ideſt non perficit partem formalem ſubſtantialem cõſtituti per ipſum. Sed bene variat rõnem quidditatiuam. Vnde aduerte ꝙ ratio quidditatiua reperitur in duplici differentia videlicet ratio quidditatiua tm̃, & ratio quidditatiua non tm̃, ſed quidditatiua & formalis ſimul. Prima eſt illa quę predicatur de aliquo in quid, & iſto modo ſecundum nos Scotiſtas tenentes vniuocationem entis, ens reſpectu eorum de quibus predicatur erit ratio quidditatiua tantum, ſecundum autem Thomiſtas tenentes æquiuocationem entis ratio quidditatiua tantum erit ſubſtantia quia ad eã ſtabit vltima reſolutio. Secunda autem ſcilicet quidditatiua & formalis ſimul eſt ipſa diffinitio conſtituta ex genere & differẽtia, ſimiliter reperitur ratio formalis & quidditatiua ſimul quæ eſt ipſa diffinitio. Et ratio formalis tm̃. Ad propoſitum modo dico ꝙ auctor per rationem formalem non intelligit totam diffinitionem, ſed partem formalem diffinitionis

tantum quam modus intrinſecus non variat, ſed bene variat ratiōem quidditatiuam: tantum patet. Nā verbi gratia eſſentia hois quæ eſt modus intrinſecus ſpecificus: quum ſit hominis perfectio variat ratione quidditatiuam tantum. i. perficit entitatem hominis propter quā entitatem differt ab aliis animalibus: q̄a alia eſt perfectio hominis & alia leonis, ita ꝙ entitas perfectiori modo eſt in homine ratiōe naturæ humanæ, quā in leone ratione naturę leonis, & quum dico ꝙ variat rationem q̄dditatiuam tantum hoc intelligo a poſteriori, quia quū modus intrinſecus tam ſpecificus q̄ indiuidualis ſit poſterior ipſa quidditate: ideo variat a poſteriori, non autem a priori, & quum inquit Auctor conſtituti per ipſum ſupple tu vel diuiſi, quia non ſolum dicitur modus intrinſecus reſpectu conſtituti per ipſum, ſed etiam diuiſi, & quum dicit quod de ſe nullam formalitatem importat, & ꝙ per ſe non eſt conceptibilis: contra ipſum arguitur ſic illud quod diffinitur de ſe. dicit formalitatem, & eſt per ſe conceptibile: ſed modus intrinſecus diffinitur a Scoto: ergo &c. Dico ꝙ modus intrinſecus poteſt accipi duobus modis, videlicet formaliter & fundamentaliter, verbi gratia, ſi dico eſſentia diuina eſt infinita. Infinitas per comparationem ad eſſentiam diuinam eſt modus intrinſecus formaliter ſumptus, & eſſentię eſt modus intrinſecus fundamentaliter ſumptus. Si autem dico infinitas eſt modo intrinſecus, infinitas accipitur fundamentaliter modus intrinſecus vero formaliter. Modo ad propoſitum. Quum tu dicis modus intrinſecus diffinitur, ergo &c. Dico ꝙ verum eſt de modo intrinſeco formaliter ſumpto, non

autem fundamentaliter. Et de ſpecifico: non autem de indiuiduali, quia licet modus intrinſecus ſpecificus non dicat aliam realitatem a cōſtituto, bene modus intrinſecus indiuidualis, verbi gratia, gradus albedinis trium graduum dicit aliam realitatem a gradu duorum: & ſic de aliis, ob quam rem diffinitio eſt ſic intelligenda. Modus intrinſecus ſpecificus formaliter ſumptus eſt ille qui additus alteri non variat .i. perfici rationem .i. partem formalem ſubſtantialem rationis ſiue diffinitionis. Nec dicit aliam realitatem nec rationem formalem nec alium conceptum a conſtituto licet variet rationem quidditatiuam tantum. Et hoc a poſteriori, non autem a priori, quia quum modus intrinſecus tam indiuidualis quam ſpecificus ſit poſterior quidditate: ideo nō poteſt variare a priori, vt dictum eſt. Et aduerte ꝙ talis diffinitio habet verificari in fundamentis: Et ſic patet quomodo intelligenda eſt prædicta diffinitio.

¶ Contra illud, ꝙ exiſtentia eſt de qdditate dei. Data veritate ſequeretur ꝙ exiſtentia eſſet prior deo, cōſequens eſt falſum, ergo & antecedens, cōſequentiam probo. Omne ꝙ eſt de qdditate, alicuius eſt prius eo ſed per te exiſtentia eſt de qdditate dei, ergo eſt prior ipſo deo: ꝙ eſt falſum & confirmatur. Abſtractum ſubſtantialem Sco. 5. di. primi. eſt prius ſuo concreto, ſed exiſtentia eſt, quoddā abſtractū ſubſtātiale, & deus eſt cōcretum: ergo exiſtentia erit prior ipſo deo: ꝙ eſt falſum. Iterum confirmatur. Illud de quo magis videtur ineſſe & non ineſt, ergo nec de quo minus, ſed magis videtur ꝙ infinitas ſit de eſſentia dei, quia eſt intimior ipſa exiſtentia, & tñ non eſt, ergo nec exi Sco. 5. d. primi.

ſtentia quæ eſt remotior. ¶ Rñdeo ꝙ licet Alphonſus in ꝓlo.q.6.cõclone.4.teneat qđ infinitas ſit de eſſentia dei. Tñ ſcđm Sco.non eſt veꝝ, & cum Sco.eſt etiam Franci.de May.2.di.1.q.8.vbi ꝓ Sco. facit multa argumenta.Si aũt Alphon.teneret ꝙ eſſet de qdditate modalr, bene poſſet ſuſtineri aſt aũt nõ. Modo rñdeo ad rões adductas.Dico breuiter cum Sco. reſpondendo ad ſcđam qõnem ſecundę diſt. primi. ꝙ exiſtentia eſt de eẽntia dei:& quum dr ſequeretur quod eſſet prior deo.Dico ꝙ illa ꝓpoſitio:omne ꝙ ẽ de eſſentia alicuius eſt prior illo hẽt veritatẽ in creaturis,i quibus reperitur prioritas & poſterioritas,quũ autem p̄dicta non repiantur in deo.ſ.prioritas & poſterioritas naturæ, ideo non ſeqtur. Idem dico ad illud ꝙ abſtractũ in ſubſtantialibus eſt prius concreto. Ad aliud de Topicis nego ꝙ magis videatur de infinitate q̃:de exiſtentia,quia infinitas eſt modus intrinſecus, cuinſmodi non eſt exiſtentia, & quũ dicitur ꝙ infinitas eſt intimior ipſa exiſtentia non eſt verum, & hoc reſpectu exiſtẽtiæ, ſi aũt intelligatur reſpectu alioꝝ modoꝝ.Concedo ꝙ in genere modorum intrinſecoꝝ dei, ĩfinitas eſt intimior, qa eſt primus modus intrinſecus ſecundum Sco.5.q.quoli.Tamẽ Sco. in.8.diſt.1.q.3.videtur dicere oppoſitum, videlicet ꝙ infinitas ſit intimior ipſa exiſtentia, & ſi ſic: potius tenendũ eſſet ꝙ exiſtentia ſit modus intrinſecus quã aliter.Tene modo illud ꝙ tibi magis placuerit. Aduerte vlterius, ꝙ licet Varlion in.1.diſti.30. & aliqui alii teneant æternitatem eſſe modum intrinſecũ.Tñ Sco.in.6.q.quolib.vr tenere ꝙ ſit de eſſentia dei, qa inquit quum exiſtẽtia ſit in deo ex natura rei, ita &

Alph.in ꝓlo.q.6.

Varl.30 di. p̄mi.

Sco.6.q. quoli.

æternitas. Dico ꝙ ibi recitat opinio. Dionyſii de diſ. no. cap. 5. quam non tenet: ſed eam impugnat & aſ- ſertiue dicit ꝙ æternitas non eſt ibi ex natura rei. Et ꝙ eſt modus intrinſecus, quid aũt ſit æternitas, decla rat Sco. ibi dicens, quod eſt interminabilis vite tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Aduerte vlterius quũ in- quit Auctor hoc videtur tenere Sco. in quoli. falſum eſt, imo in. 5. qõne quoli. expſſe dicit infinitatem eſſe modum intrinſecum reſpectu dei, & per conſequens non de qdditate, bene eſt cõſequens qdditatem, qa alr ſequeretur ꝙ deus eſſet cõpoſitus ex duabus rea- litatibus: quia natura, diuina dicit vnã. Infinitas autẽ importaret aliam quod eſt falſum expſſe, quũ ſucceſ- ſiue dicit ꝙ maxima eſt differentia inter modum in- trinſecum & ipſam differentiam, ſupple: tu qa diffe- rẽtia iportat aliã realitatẽ actualẽ ab eo, cuius ẽ dña Modus aũt nec actualẽ nec aptitudinalẽ, & hoc in- telligendo de modis intrinſecis indiuidualibus. Sco. i. 5. q. quoli.

¶ Secunda differentia eſt quia modus non eſt com- ponibilis cum eo cuius eſt modus. Differentia autem ſic. Et hoc accipiendo differentiam pprie. ſ. vt eſt cõ- ſtituta, non aũt diuiſiua tantum quia eſſe aptum na- tum nauigare eſt dña, non tñ proprie dicta, de qua nõ eſt in pposito. Vlterius illud cuius eſt modus nõ perfecte concipere ſine tali modo, non ſic eſt de eo: cuius eſt differentia. ¶ Rurſus modus & illud cuius eſt modus diſtinguntur penes vnam realitatem tñ. Differentia autem & illud cuius eſt differẽtia penes duas: vlterius ſi modus & illud cuius eſt modus ĩtui- tiue conciperetur nunq̃ eſſent duo obiecta formalia, non ſic eſt de differentia & de illo cuius eſt differen-

tia:nam notitia intuitiua :quæ eſt imediate ab obie-ᷓcto cauſata quæ non datur pro ſtatu iſto:videlicet pe nes actum rectum.ſed bene penes actum reflexum, & eſt illa quā intelſs habet de ſemetipſo. Alia eſt abſtractiua quæ per ſpēm cauſatur. Et hec differunt ab inuicem ſpē,imo etiam genere,& hoc penes diuerſa obiecta motiua,non aūt penes obiecta terminatiua, quia penes talias diſtinguntur ſolum per intelſm, v3 ratione tantum. Vltra prędicta,dico etiam ꝙ modus & dr̄ia adhuc differunt,quia modus non variat rōnē formalem.Differētia autem ſic.Quū ergo īter dr̄iam & modum ſint octo ptiales dr̄iæ & multa modica faciant vnum ſatis, ſeqtur veritas dicti auctoris, v3 ꝙ inter dr̄iam & modū eſt maxima dr̄ia, quia ille octo partiales aggregate faciunt vnam maximam dr̄iam, quum inqt auctor.Iſti aūt conceptus dicunt modū intrinſecum contracti,ſupple tu.i. cōſequuntur naturā entis ſcdm Sco.9.q.quol.& Thō.in quol.q.8.art.vnico.Poſtea quū inqt ꝙ cōitas entis cōis deo & creaturę eſt realis:falſum ē:imo talis nō datur niſi p ītelſm & per conſequens eſt cōmunitas rationis.Nō dico ꝙ ſit ſecunda intentio, ſed rōnis.i. cauſata ab actu recto ipſius intellectus conſiderantis ens in deo & in creatura, nō cōſiderando infinitatem dei, nec finitatem creaturę. Quando.n.intellectus intelligit ens cū infinitate:tunc eſt ꝓprium deo.Quando vero cum finitate eſt ꝓprium creaturę. Quādo aūt ſine modis, tunc eſt cōe deo & creaturę,pōt ēt dici ꝙ qn̄ concipitur ſine mō inadequate cōcipitur:qn̄ vero cū mō adequate concipitur.Cōtra illud ꝙ cōitas entis nō ē realis, ſed rōnis,arguitur ſic.Oīs cōitas rōnis ſumitur ab

Sco.9.q.quol.

aliqua cōitate reali; ſed nulla talis datur; ergo nec cōi tas rōnis qđ eſt contra determinatū. Ad maiorē dico, ꝙ eſt veꝝ apud diſtincte ac pfecte concipientē. Non, aūt apud indiſtincte ac impfecte. Sed contra: ſicut ſe hēt aīal ad ſuas drīas, ita ens ad ſuos modos intrinſe cōs: ſed aīal ita ſe hēt ad ſuas drīas ꝙ eſt determinabi le, cōtrahibile, potentiale: ergo & ens. Cōcedo totū: tunc vltra ſed potentialitas animalis ē realis, ergo & eius cōmunitas tranſeat, quum poſtea infertur, ergo cōmunitas entis erit realis & non rationis, negatur conſequentia: ex eo qm̄ pōtētialitas & realitas animalis eſt ex parte rei. Cōmunitas autem entis eſt ex parte intellectus ſolum, & per conſequens nulla. Et aduerte ꝙ Sco. quantum ad iſtam relinquit argumen tum Henrici. in. 8. diſtin. primi. Tu autem poteris reſpondere: vt dixi: & licet Sco. doceat nos reſpondere ad materiam argumenti. non tamen ad formam. videlicet de potentialitate. Contra cōmunitatem rationis ipſius entis fiunt alique inſtantiæ probando, ꝙ talis communitas non ſit rationis ſed realis. Quarum vna eſt hæc, ens ſic commune deo & creaturæ, eſt ſubiectum metha. ſed ſubiectum methap. eſt ens reale, ergo &c. ¶ Reſpondendum eſt vt ſupra: videlicet ꝙ non eſt ens rationis. i. ſecunda intentio, quia non eſt per actum collatiuum, ſed rectum. Alia eſt hæc: deus eſt ens, creatura eſt ens, ſic dicendo eſt prædicatio quidditatiua: ſed ens rationis non prædicatur quidditatiue de prædictis: ergo &c. ¶ Soluitur & hæc ſicut præcedens. Relinquitur ergo ꝙ eſt communitas rationis ad ſenſum datum. Et huius oppinionis eſt Tartaretus in pͦmo ſue met. q. i. no. primo:

Sc. in. 8. di. i. relin qt argu. Hēn. in ſol.

Tart. in i. ſue me tha.

Ens autem vt eſt cōmune decem prædicamētis eius cōitas eſt bene realis. Et quando dixi ꝙ cōitas entis deo & creature eſt rōnis non negō ꝙ ſit realis, ſed volo inferre ꝙ talis non eſt ꝑter q̄cunq; operationē itellectus, vt volunt aliqui Scotiſtæ Moderni, & male. Ad illam inſtantiam quā adducit excel. Mauri.i margine, videlicet ꝙ tanta erit ſimplicitas creature in cōceptu entis, quanta dei. Dico ꝙ non eſt ve℞: qa ens reſpectu dei non eſt potentiale, reſpectu aūt creature ſic: ſaltem ſe hēt per modnm potentiæ. Nota cōcipere adequate eſt quando aliqd concipitur cum omni eo quod pertinet ad hoc ꝙ perfecte concipiatur. Cōcipere vero inadequate intellige econtrario: quū inquit & deficiente a pfectione rei ſupple tu, non qdē ſpecifice, ſed indiuiduaſr: quia albedo vt albedo, eſt perfectiſſima. Nota vlterius ꝙ modus intrinſecus reſpectu albedinis facit cōpoſitionem, qa ibi eſt per informationem, non ſic eſt reſpectu dei: qa ibi eſt p idēptitatem, quum inqt Auctor hñti ſuppoſitionē pſonalem. Notanter hoc dicit, quia habenti ſuppoſitionem ſimplicem multa conueniunt ſupiori, & inferioribus non vtputa homini ſupponenti ſimpľr competit hę: intentio ſpēs quæ non conuenit huic homini quia illa eſt falſa ſor. eſt ſpēs. Ad illam rōnem quū inquit, & ſi dicas ſaltem &c. Poteſt rñderi ꝙ potentiale dr̄ quod eſt cōtrahibile per drias, cuiuſmodi nō eſt ens, quum poſtea dicit omnia iſta diſtinguntur ſecluſo opere intelľs ſupple tu, quia omnia talia poſſunt eſſe fundamenta contradictionum, & ſic patet quantum ad hoc quid ſit dicendū de idēptitate & diſtinctionę ex natura rei.

CIrca diſtinctionem formalem. Aduerte quū inquit in primo notãdo ꝙ formalitas dr̄ a formali non eſt verū. Nam iſta ſe hn̄t per ordinē, videlicet, formale, vtputa hō a formali abſtrahitur forma: a forma vero abſtrahitur foꝛalitas, & ſic patet falſitas lr̄æ videlicet ꝙ formalitas non dr̄ a formali: Tn̄ hunc errorem non attribuo auctori, qa in fine huius arti. negat formalitatē dici a formali, ſed attribuo Iprefſori vei impſſioni, ꝙ aūt lr̄a non poſſit ſic ſtare, patet qa concretum nō denoīat abſtractum, ſed ecōuerſo. Forma partis nil aliud ē niſi altera pars cōpoſiti ſecūdū Ariſt. 5. metha. tex. 19. quæ eſt qualitas ſubſtantialis, cuius ꝓprietas eſt perficere & dare eſſe illi cuius eſt forma. Forma vero totius nil aliud eſt niſi ipſum totum ſecundum Sco. in 2. diſt. 3. Et quum inquit ꝙ talis forma, & ipſum totum ſint idem verū dicit: ideo talis non informat aliquo modo. De forma etiam partis facit mentionem Ariſto. primo phi. text. 65. & 69. De forma vero totius in 2. phi. & 12. metha. & ſecundum Ariſto. Forma totius potius debere dici materia q̄ forma. De forma Imateriali, dico ꝙ forma Imaterialis eſt illa ſecundū Sco. 2. q. quolib. cōtra. s. Tho. quæ non habet materiam, vel q̄ non eſt imerſa materiæ, & hec eſt in duplici dr̄ia. Aliqua q̄ nullo mō ē in genere Cuiuſmodi eſt ſolus deus, qa eſt oīo ſegregatus a quacunq; materia, ob quā rē dr̄ prima intelligentia. Alie aūt intelligentie dempta. Prima licet habeant realitatē potentialē, ꝓpqđ ponuntur in gn̄e: tn̄ qa non hn̄t materiā ꝓprie dictā dn̄r formæ īmateriales. De forma accn̄tali. dico ꝙ eſt duplex ꝓut facit in ꝓpoſito: videlicet realis q̄ dat eſſe accidentalr̄, vt

Ariſt. 5. met. tex. 19.

Sc. 2. diſ. tertii

Ariſt. 1. phi. tex. 65. & 69

Sco. 2. q. quolib.

albedo, alia intentionalis vt ſunt oẽs ſecundæ inten
tiones & verbũ in oratione ſeu in ꝑpoſitione. Et ẽt
Scot. 16. q. vſium genus cõparatum ad diffinitũ ſecundum Scot. 16. q.
vſium. Immo oẽs partes diffinitionis ſunt ſicut for-
Ariſto. 7 metha. ma ſecundũ Ariſto. 7. metha. tex. 35. Quum inqt au-
ctor in acceptione ſequẽti pro quacunq; rõne ſupple
tu. i. pro quacunq; realitate. Et licet forma accipiatur
quinq; modis vt declaratũ eſt, tñ formalitas accipi-
tur a forma, quinto modo accepta, & licet ẽt forma-
litas poſſet accipi a forma, primo modo ſumpta non
tñ accipitur. Ideo inquit auctor ꝙ licet ab vtraq; for
ma ſupple tu, videlicet primo & vltimo modo ſum-
pta, poſſet proportionabiliter dici formalitas, tamen
ab vltima ſumitur vt iam dixi. Quum ſucceſſiue in-
quit auctor homo eſt formaliter animal. Aduerte ꝙ
ꝑdicta propoſitio eſt vera, attamen hæc eſt falſa hu-
Sco. in. 5 di. primi & 16. q. vſium & 3. meth. q. vnica. manitas eſt formaliter animalitas ſecundũ Sco. in. 5.
diſt. primi. & in. 16. q vſium. & in. 3. metha. q. vnica.
Ratio quia ſubiectũ ſe habet vt totum, ꝑdicatum ve
ro vt pars. Ratio Sco. in. 5. diſt. prima. Quare eſt falſa
eſt hæc, quia in prima ꝑpoſitione denotatur ꝙ hõ
ſit quaſi quoddã ſuppoſitum aĩalis. Et quia ita eſt ex
parte rei vera eſt ꝑpoſitio. In ſecunda vero propoſi
tione denotatur ꝙ humanitas eſt quoddã ſingulare
aĩalitatis, & quum hoc nõ ſit verũ ex parte quia ſin-
gulare eius eſt hæc animalitas: non aũt hæc humani
tas. Ideo hęc ꝑpoſitio redditur falſa. Ratio aũt Sco.
in. 16. q. vſium, quare eſt falſa eſt hæc, quia in prima ꝑ
poſitione ꝑdicatur concretũ per modũ totius. In ſe-
cunda aũt ꝑdicatur abſtractũ per modũ partis. Et qa
vt ſic non põt vere ꝑdicari niſi de ſeipſa quia ſecun-

dum Auic. Equinitas eſt tm̄ eqnitas.i.tm̄ predicatur Auic.
de ſeipſa, qa vt ſic non cōcernit inferiora ſed bene in
cōcreto, pōt ēt dici ꝙ prima eſt vera quia denotatur
animal eſſe immerſum materię. In ſecunda vero per
notatur eſſe abſtractum ab omni eo quod poteſt eſſe
intrinſecum & ſimiliter diciendum eſt de ſimilibus.

Circa primū modum dicēdi. Nota ad hoc ꝙ ali
qua ꝓpoſitio ſit in primo mō dicendi ꝑ ſe tres
cōditiones requirūtur ſcd̄m Sco. 3. diſ. tertii. q. 1. quaꝝ
prima eſt ꝙ ſubiectū includat p̄dicatum directæ vt Sco. 3. di
hō eſt animal, vel indirectæ & reductiue vt iſtæ ani ſti. 3. q. 1.
mal eſt homo, animal eſt rōnale, animal rōnale ē ho
mo, & ſic de ſimilibus, vel ſi non includit penes vnā
partem: ſaltem penes aliam. Quod dico ꝓp iſtam ꝓ
poſitionem xp̄s eſt hō quæ eſt in primo mō dicendi
per ſe, qa licet ſub̄m vt ſignificat exn̄s in natura diui
na nō includat p̄dicatū, nec ꝑ cōſequens ſit ꝓpoſitio
ꝑ ſe nec ꝑ accn̄s logicæ loquēdo, ſed eſt p̄dicatio ſub
ſtantialis, tn̄ vt ſignat exn̄s in natura humana ſub̄m
includit p̄dicatū. Et vt ſic eſt in primo mō dicēdi ꝑ
ſe. Et ſimilr̄ iſta eſt primi modi album eſt coloratum
ſcd̄m Sco. 13. q. quoli. art. 2. Quia licet vt ſignat ſub̄m
non ſit in primo modo bene tn̄ vt ſignificat formā, Scot. 13.
qa vt ſic p̄dicatū eſt de eſſentia ſubi. & hoc nō eſt in q. quoli.
cōueniens ēt in via phi: qa ſcd̄m Ariſt. 5. phiſ. in p̄n. articu. 2.
& c. 6. eiuſdē tex. 44. nō ē incōueniēs illud qd̄ ꝑ accn̄s
p̄dicatur de toto ꝙ cōueniat parti ꝑ ſe cuiuſmodi eſt Ariſto. 5
in ꝓpoſito. Scd̄a conditio ꝙ ſubiectum ſupponat de phiſ. c. 6.
terminate. Tertia ꝙ ſit neceſſaria vnio extremoꝝ v3 pricip ni
ꝙ vniātur ꝑ ſe non aūt inter ea ſit vnio ꝑ accn̄s, quē
admodū eſt inter eſtrema huius ꝓpōnis hō eſt albus

ob quā rem eſt pdicatio per accñs. Et quando ſic eſt,
Scot. xi. di. 4. q. 1. non eſt per ſe, ſecundum Scot. xi. di. quarti. q. prima. Si modo eſſet pdicatio a formis ordinatis, licet talis ppoſitio nō eſſet primi modi per ſe, bene tñ eſſet ſecundi modi ſecūdum doctorem in loco dicto vt iſta ſupficiatus eſt coloratus. Quæ eſt in ſecundo mō, & iſta ſuperficies alba eſt alba eſt primi modi penes primam cōditionem ſecundum Sco. 3. diſt. ſecundi. q. 6.
Sco. 3. diſti. 2. q. 6. Eſt. n. primi modi vt ly per ſe determinat inhærentiam quę eſt reſpectus fundatus in prędicato & terminatus ad ſubiectum ſecundum Scot. 13. q. primi.
Scot. 13. di. primi p hiera. & eſt ſenſus q inhærentia quā pars accidentalis pdicati dicitur de parte accidentali ſubiecti eſt perſeica ideſt neceſſaria vnio vnius cum altero, Immo neceſſaria incluſio. Non autem eſt primi modi vt ly per ſe determinat inherens. i. pdicatum quia tunc ſenſus eſſet q pdicatum eſſet ens per ſe. Non dico per ſe. i. ſuba ſed per ſe. i. nō per accidēs quod eſt falſum. Idē dico de iſta hō albus eſt coloratus quæ ſecundū Sco.
Sco 7. diſti. 3. q. 1. in. 7. diſt. tertii. q. 1. non eſt oīno p accñs ergo aliquo modo eſt p ſe perſeitate primi modi. Similr iſta homo albus eſt aīal, eſt in primo modo, & hoc ſi aīal cōparatur ad partem ſubiecti. ſ. ad hoīem, Si vero cōparetur ad totū ſubm non erit per ſe ſed per accidens, Quando ergo pdicatum eſt cā ſubiecti quantum ad eſſe eſſentialr, ſiue pdicatum ſit cōcretum ſiue abſtractum, exemplū primi hō eſt animal, exemplū ſecundi humanitas eſt entitas. Talis propoſitio eſt in primo modo dicendi per ſe & ideo ly per ſe. In primo modo tm valet ſicut eſſentialr. Rurſus nota q ſi ppoſitio in qua pdicatur tota diffinitio habeat dici q

ſit

ſit primi modi, oportet ꝙ ſit diffinitio qd rei pure quidditatiua & data per intrinſeca. Si aũt eſſet diffinitio quid nois vt iſta homo dicitur ab humo nõ eſt in aliquo modo per ſe. Notanter ẽt adiunxi pure qd ditatiua. Quia iſta nõ eſt per ſe primi modi, vacuum eſt locus corpore priuatus, quia ſubm quum nihil ſit, non põt includere pdicatum, & tñ tota diffinitio vacui pdicatur de vacuo ſimilr dicendũ eſt de diffinitione generis & aliis ſimilibus q̃ non ſunt pure qdditatiue, ſed additamẽtales. Non immerito ẽt ſubiunxi. Data per intrinſeca, quia iſta nõ eſt primi modi homo eſt aĩal riſibile quum ſit deſcriptiua & nõ per itrinſeca data & hoc reſpectu riſibilis. Quum poſtea dicitur vel ps diffinitionis ſupple tu in recto vel I obliquo, in cõcreto vel in abſtracto exemplũ primi, homo eſt animal hõ eſt rõnalis triangulus eſt ex lineis vel linea eſt ex punctis: vel homo eſt ex corpore. In abſtracto modo vt iſta hõ eſt ex animalitate. Sed contra hoc arguitur ſit termini diuerſoꝝ predicamẽtorum non pdicantur de ſe inuicem in recto nec in obliquo in primo modo dicendi per ſe: ſecundum Ariſto. Sed triangulus eſt de pdicamento qualitatis, linea vero de predicamento quantitatis. ergo pdictę ppoſitiones non ſunt primi modi. Dico ꝙ dictũ Ariſto. habet veritatem qñ vnum põt eſſe, vel ſaltẽ poteſt concipi ſine alio cuiuſmodi nõ eſt in propoſito. Ideo nihil ad. B. Nam triangulus non poteſt eſſe, nec poteſt concipi ſine lineis. Et idem dico de linea ſunt enim principia ſine quibus. Et ſi pars diffinitionis non predicatur de diffinito, ſed aliquid incluſum in eis: nil minus erit primi modi vt iſta homo ẽ ens,

& ſic de cōſimilibus.Et quū dicitur vel ſupius de ſuo inferiori.Cōtra hoc arguo ſic.Dicēdo binarius eſt numerus p̄dicatur ſupius de inferiori, & tñ nō eſt in primo mō, ergo &c.Diſtingo vel tu accipis numerū pro numero abſoluto qui eſt ſpēs quātitatis diſcrete.quē ſic diffinit Ariſto.in p̄dicamētis.ca.de quātitate.Numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, vel tu intelligis de numero reſpectiuo, & ſic nego ꝙ p̄dicatur ſupius de inferiori,quia talis nō eſt ſupior niſi per accñs,& vt ſic cōcedo ꝙ talis ꝓpoſitio nō eſt primi modi, ſi aūt de abſoluto dico ꝙ eſt in primo mō quia talis eſt ſupior ad binariū,de gradibus aūt iſtius primi modi, dico ꝙ aliud eſt loqui de iſtis gradibus penes ordinē naturæ, & aliud penes ordinē pfectionis.Si attendatur ordo naturæ, dico ꝙ in primo gradu eſt illa ī qua ſupius p̄dicatur de inferiori. In ſcđo qñ pars materialis p̄dicatur de diffinito.In tertio qñ pars formalis.In quarto qñ tota diffinitio.In quinto qñ idē de ſeipſo.Si vero inſpiciamus ordinē pfectionis, dico ꝙ illa in qua idē predicatur de ſeipſo eſt in primo gradu.Et rō eſt hęc qa p̄dicatū eſt idē formaliter ſubō idēptitate mutua, nec nō idēptitate ex natura rei.Diſtinctū tm̄ rōne, & quum p̄dicta idēptitas nō reperiatur inter p̄dicatū & ſubm̄ alicuius ꝓpōnis primi modi a prędicta.Seqtur ꝙ eſt in primo gradu, tamen potius dicendum ꝙ non eſt in aliquo gradu, immo nec in aliquo modo dicendi, quia Ariſt.ibi ſolum facit mentionē de ꝓpoſitionibus realibus cuiuſmodi nō eſt illa in qua idē de ſeipſo p̄dicatur. In ſecundo āt gradu eſt illa ī qua p̄dicatur pars formalis. Et qñ auctor dicit ꝙ in ſecundo gradu eſt illa in qua

Ariſt. in p̄dica.c. de q̄tita.

